

De singulis familiis α et δ pauca sufficient:

141,17,17 in nescio *om.* α ; 142,7,13 nobis autem] nam nobis α ;
146,4,6–8 quomodo ... commendat *om.* α ; 148,5,5 iusum adhuc]
in imo adhuc α ; 149,15,21 deum] reges α ; 141,19,8 nonne] non
enim δ ; 142,9,3 a capite] accipite δ ; 143,14,10 haec ... multis *om.*
 δ ; 146,6,6 induerit ... hoc *om.* δ ; 148,8,24 arrhas] sacras δ .

De hyparchetypo α , qui restitui potest ex $V_2 Mc_1$ consonan-
tibus, pendet etiam α_2 ($F F_2 Mc_1$), quod est testimonium minoris
momenti, nec non e_3 , qui textum excerptum habet. Ad δ pertinet
etiam w , qui exors contaminationis non est.

De hyparchetypo γ

Cum vero satis certum sit ex λ manavisse π et Uf_3 , deinde ex
 π ortos esse α ($V_2 Mc_1$) et δ ($A H_1$), cumque horum codicum
genealogia ordinate enarrari possit, non ita certe neque plane nec
uno sermone hyparchetypi γ progeniem exponere nos conari
valemus, sed distincta ducenda est ratio eorum codicum qui ex
potioribus cum sint, decadis 141–150 primam tantum vel primam
et secundam *Enarrationem* continent. Ergo de his testibus primo
loquamur.

β ($P_4 P_5$): testis est *Enarrationum* 134–142, qui libris duobus
 $P_4 P_5$ restituitur, ut diximus in editione superiore²², quique
Enarrationis 142 nonnullas lectiones, quas genuinas iudicavimus,
solus ipse testatur. Quapropter conicere nobis licuit in textum β ,
qui forte ad familiam γ pertinuerit, aliquas optimas defluxisse
lectiones merito et opera correctoris cuiusdam qui traditionem
alteram ab ω disiunctam ac postea deperditam agnoverit, quam
de praearchetypo Ω manavisse tunc opinati sumus²³; nunc vero
aeque probabile nobis videtur Augustini sermones, quos β habe-

²² Cf. CSEL XCV/4, p. 13.

²³ Cf. *ibid.*

bat, vel eorum nonnullos, a duobus notariis in origine distincte exceptos²⁴ duobusque stemmatibus olim traditos esse, quorum alterum, antequam restingueretur, vestigia sua in β impresserit.

Singulares lectiones β , quas probavimus, nunc subicimus:

142,3,23 solem β ; sole *cett. ma*; 142,8,17 ut moriar¹ β ; *om. ma cett.*; 142,10,28 loquatur β ; *om. cett. ma*; 142,12,16 cito cito $V_2 \beta P_{15}$; cito $\alpha_2 \delta U$; *om. cett. ma*

C : tomus est decimus secundus collectionis Corbeiensis, qui post *En.* 134–140, in extremo libri *Enarrationem* quoque 141 habet, scilicet eandem quae in initio tomi C_1 , qui est decimus tertius eiusdem collectionis, repetita est. At C et C_1 , cum eiusdem familiae γ esse videantur, propinquiore cognatione inter se coniuncti non sunt, siquidem tomus C_1 de γ_1 descenderit, ut mox videbimus, tomus autem C, vel, ut rectius hic dicam, *Enarratio* 141 tomi C, quae vestigiis contaminationum a π impressis vacua non est, de communi exemplari de quo β descripta esse videtur; at deficientibus indiciis nihil aliud probare possumus de origine huius communis genitoris, quam de λ hyparchetypo non descendisse neque genuinarum lectionum testem singularem fuisse. Unius eiusdemque genitoris duo exemplaria β et C gemina esse constat ex erroribus sive communibus sive propriis uniuscuiusque:

141,8,2 tu] enim *add. \beta C*; 141,8,18 fueris² *om. \beta C P_{15}*; 141,9,9 quantum ... pertinet *om. \beta C*; 141,11,7 ergo] enim βC ; 141,11,31 quaerere] requirere $\beta C P_{15}$; 141,15,26 autem] ergo βC ; 141,19,18 sive ... dicatur *om. \beta C P_{15}*; 141,18,11–19,8 ait ... non *om. C*; 141,19,30 sed toto die *om. \beta P_{15}*

γ_1 ($C_1 P_7 S_0$): de exemplari γ_1 originem traxerunt tum potior C_1 cum recentior S_0 , qui, quamquam raro, contaminationem

²⁴ Cf. A. Olivar, *La predicación cristiana antigua*, Barcelona 1991, p. 914.